Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia, lat

Menardus <Eisnacensis>

[Basel], 1475

Incipit osee propheta

urn:nbn:de:bsz:31-313543

Visual Library

Adoro ergo eum. Dixitq̄ʒ daniel regi. Dn̄m
deū meū adoro: quia ipe eſt deus viuēs. Iſte
autem nō eſt deꝰ viuēs. Tu aūt rex da michi
poteſtatem: et interficiam draconeʒ abſq̄ʒ gla
dio et fuſte. Et ait rex. Do tibi. Tulit ḡ dani
el picem et adipē et pilos et coxit pariter: feci-
tq̄ʒ maſſas et dedit in os draconis: et diruptus
ē draco. Et dixit daniel Ecce q̄ colebat̄. Qd̄
cum audiſſent babilonij indignati ſunt vehe-
menter: et ꝯgregati aduerſuʒ regē dixerūt. Iu
deus factꝰ ē rex. Bel deſtruxit: draconē inter-
fecit: et ſacerdotes occidit Et dixerūt cū veniſ
ſent ad regē. Trade nob̄ danielē: alioq̄n inter
ficiemꝰ te et domū tuā. Vidit ḡ rex q̄d irruerēt
in eū vehemēter: et neceſſitate ꝯpulſus t̄didit
eis danielē. Qui miſerūt eū ī lacū leonū et erat
ibi dieb̄ ſex Porro ī lacu erāt leones ſeptē et
dabant̄ eis duo corpa q̄tidie ⁊ due oues: et
tunc nō data ſūt eis vt deuorarēt: daielē. Erat
aūt abbacuc ꝓpha ī iudea: et ipſe coxerat pul
mentū et intriuerat panes ī alueolo: et ibat in
cāpū vt ferret meſſorib̄. Dixitq̄ʒ angelꝰ dn̄i
ad abbacuc. Fer ꝓndiū q̄d habes ī babilonē da
nieli: q̄ ē ī lacu leonū. Et dixit abbacuc. Dn̄e
babilonē nō vidi et lacū neſcio Et appħēdit eū
āgelꝰ dn̄i in vertice eiꝰ: et portauit eū capillo
capitis ſui: poſuitq̄ʒ eū ī babilonē ſup lacū in
impetu ſp̄us ſui. Et clamauit abbacuc dicens
Daniel ſue dei: tolle ꝓndiū q̄d miſit tibi deus.
Et ait daniel Recordatꝰ es mei deꝰ: ⁊ nō dere
liq̄ſti diligētes te Surgenſq̄ʒ daniel comedit
Porro āgelꝰ dn̄i reſtituit abbacuc cōfeſtiʒ ī lo
co ſuo Venit ḡ rex die ſeptimo vt lugeret dani
eleʒ: et venit ad lacū ⁊ ītroſpexit et ecce daniel
ſedēs ī medio leonū Et exclamauit voce mag
na rex dicēs. Magnꝰ es dn̄e deꝰ daielꝭ. Et ex-
t̄xit eū Porro illos q̄ ꝑdicōis eiꝰ cauſa fuerāt in
tromiſit ī lacū: ⁊ deuoāti ſūt ī momēto corā eo

Explicit daniel propheta. Incipit prologus
in librum duodecim prophetarum.

Non idem ordo eſt duo-
decim prophetarū apud
hebreos qui ē apud nos
Vnde ſecunduʒ id quod
ibi legitur: hic quoq̄ʒ di
ſpoſiti ſunt. Oſee com
maticus eſt: et quaſi per

ſententias loquēs. Iohel planꝰ in p̄ncipijs in
fine obſcurior: et vſq̄ʒ ad malachiam habent
ſinguli ꝓprietates ſuas: que eſdram ſcribam le-
giſq̄ʒ doctorem hebrei autumant. Et quia lon
gum eſt nūc de omib̄ dicere: hoc tātum vos o
paula et euſtochium ammonitas ſcire volo
vnum librum eſſe duodecim ꝓphetarū: et oſee
ſynchronō yſaie: malachiam vero aggei ⁊ zac
harie fuiſſe temporib̄. In quib̄ aūt tēpꝰ non
prefertur in titulo: ſub illis eos regib̄ ꝓphe-
taſſe ſub quib̄ et hij qui ante eos habent titu
los prophetauerunt.

Explicit prologus. Incipit oſee propheta.

Verbū domini q̄d
factuʒ eſt ad oſee
filium beeri in die
bus ozie ioatam
achaʒ ezechie re
gum iuda: ⁊ ī die
bus ieroboam fi
lij ioas regis iſra
hel. Principium
loquēdi dominū
in oſee. Et dixit dn̄s ad oſee. Vade ſume tibi
vxorem fornicariam: et fac tibi filios fornicati-
onum: quia fornicās fornicabit̄ t̄ra a dn̄o. Et
abijt ⁊ accepit gomer filiam de belaim: et ꝯce
pit et peperit ei filium. Et dixit dn̄s ad eū. Vo
ca nomen eius iheʒrahel Quoniam adhuc mo
dicum. et viſitabo ſanguinem iheʒrahel ſuper
domum iehu: et quieſcere faciam regnum do-
mus iſrahel. Et ī illa die ꝯterā arcū iſrl̄: in val
le iheʒrahel. Et cōcepit adhuc: et peperit filiā
Et dixit ei. Voca nomen eius abſq̄ʒ miſericor
dia. Quia nō addā vltra miſereri domui iſrl̄:
ſed obliuione obliuiſcar eoꝝ. Et domui iu-
da miſerebor: et ſaluabo eos in dn̄o deo ſuo: et
non ſaluabo eos in arcu et gladio et ī bello et ī
equis et in equitib̄. Et ablactauit eam q̄ erat
abſq̄ʒ miſericordia. Et cōcepit: et peperit filiū
Et dixit ei. Voca nomen eiꝰ nō populꝰ meꝰ.
Quia vos non populꝰ meꝰ: et ego nō ero ve-
ſter deus. Et erit numerꝰ filioꝝ iſrl̄ quaſi are
na maris q̄ ſine mēſura eſt: et non numerabit̄.
Et erit in loco vbi dicet̄ eis nō populus meꝰ
vos: dicet̄ eis filij dei viuentꝭ. Et ꝯgregabū
tur filij iuda et filij iſrl̄ pariť: et ponēt ſibimet

cepit virum: et aſcēdet de terra: quia magnꝰ dies iezrahel.

Capitulum ii.

Dicite fratribꝰ veſtris populꝰ meus: et ſorori veſtre miſericordiam conſecuta. Judicate matrē vr̄am iudicate: qm̄ ipſa non vxor mea: ⁊ ego non vir eius. Auferat fornicaciones ſuas a facie ſua. et adulteria ſua de medio vberū ſuorū: ne forte expoliem eam nudam et ſtatuā eam ſecundum diem natiuitatꝭ ſue: et ponam eam quaſi ſolitudinem. et ſtatuam eam velut terram inviam et interficiam eam ſiti: et filiorū illiꝰ non miſerebor. qm̄ filij fornicacionū ſūt: quia fornicata eſt mater eorū. Confuſa eſt q̄ concepit eos: quia dixit. Vadam poſt amatores meos qui dant panes michi: et aquas meas lanam meam et linum meum oleum meum et potum meū. Propter hoc ecce ego ſepiā viā tuam ſpinis: et ſepiaꝫ eā maceria. Et ſemitas ſuas non inueniet: ⁊ ſequetꝰ amatores ſuos ⁊ non apprehēdet eos: et queret eos ⁊ nō inueniet. Et dicet. Vadam et reuertar ad virum meuꝫ priorē: quia bene michi erat tūc magis quaꝫ nunc. Et hͣ neſciuit: q̄ ego dedi ei frumentuꝫ et vinum et oleum et argentuꝫ multiplicaui ei et aurum: q̄ fecerūt baal. Jdcirco conuertar et ſumam frumentū meum in tempē ſuo ⁊ vinū meum in tempē ſuo: et liberabo lanam meam et linū meū q̄ operiebāt ignominiam eiꝰ. Et nūc reuelabo ſtulticiam eius in oculis amatorum eius: ⁊ vir nō eruet eam de manu mea. Et ceſſare faciam omne gaudium eiꝰ: ſolennitatem eius neomeniam eiꝰ ſabbatū eiꝰ ⁊ oīa feſta et tempora eius. Et corrūpam vineam eiꝰ et ficuꝫ eiꝰ: de quibꝰ dixit. Mercedes hee mee ſūt: quas dederunt michi amatores mei. Et ponā eam in ſaltū: et comedit eam beſtia agri. Et viſitabo ſup eam dies baalim qbꝰ accēdebat incēſum et ornabatꝰ in aure ſua et monili ſuo: et ibat poſt amatores ſuos: et mei obliuiſcebatꝰ dicit dn̄s. Propter hoc ecce ego lactabo eam: et ducā eam in ſolitudinē. Et loquar ad cor eius: et dabo ei vinitores eiꝰ ex eodē loco: et vallem achor ad aperiēdam ſpem. Et canet ibi iuxta dies iuuētutꝭ ſue: et iuxta dies aſcēſionis ſue de terra egipti. Et erit in die illo ait dn̄s vocabit me vir meꝰ: et nō vocabit me vltra baalim. Et auferā nomina baaliꝫ de ore eiꝰ: et nō recordabitꝰ vltra nominis eorū. Et percuciam eis fedus i die illa: cū beſtia agri et cū volucre celi et cuꝫ reptili terre. Et arcū ⁊ gladium et bellū conteraꝫ de terra: et dormire eos faciam fiducialiter. Et ſponſabo te michi i ſempiternū: et ſpōſabo te michi i iuſticia et iudicio et in miſericordia ⁊ miſeracōibꝰ. Et ſpōſabo te michi in fide: et ſcies q̄ ego dominꝰ. Et erit: in die illa exaudiam dicit dn̄s. Exaudiā celos et illi exaudiēt t'rā: et terra exaudiet triticuꝫ et vinū et oleum: et hec exaudient iezrahel. Et ſeminabo eam michi in terrā: et miſerebor eiꝰ q̄ fuit abſq; miſericordia. Et dicam nō populo meo populus meꝰ es tu: et ipſe dicet deꝰ meꝰ es tu.

Capitulum iii.

Et dixit dominus ad me. Adhuc vade: dilige mulierem dilectam amico et adulterā ſicut diligit dominus filios iſrahel: et ipſi reſpectant ad deos alienos ⁊ diligunt vinacia vuarum. Et fodi eam michi quindecim argenteis et choro ordei ⁊ dimidio choro ordei: ⁊ dixi ad eam. Dies multos expectabis me. Nō fornicaberꝭ et nō eris viro: ſed et ego expectabo te. Quia dies multos ſedebunt filij iſrl' ſine rege et ſine principe et ſine ſacrificio ⁊ ſine altari: et ſine ephot et ſine theraphim. Et poſt hec reuertentur filij iſrl': et querent dn̄m deum ſuum et dauid regem ſuum: ⁊ pauebunt ad dominum et ad bonum eius in nouiſſimo dierum.

Capitulum iiii.

Audite verbū domini filij iſrahel: quia iudicium domino cum habitatoribus terre. Non eſt enim veritas: et nō eſt miſericordia: et nō eſt ſciencia dei in terra. Maledictū ⁊ mendaciū et homicidium et furtum et adulterium inundauerunt: ⁊ ſanguis ſāguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra: et infirmabitꝰ omis qui habitat in ea. Jn beſtia agri et in volucre celi: ſed et piſces maris congregabuntur. Verūtamen vnuſquiſq; non iudicet: et non arguatur vir. Populus enim tuus ſicut hij: qui cōtradicunt ſacerdoti. Et corrues hodie: et corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrē tuam. Conticuit populus meus: eo q̄ non habuerit ſcienciam. Quia tu ſcienciam repuliſti:

repellã te ne ſacerdocio fūgaris michi. Et ob
lita es legis dei tui: obliuiſcar filioꝝ tuoꝝ et
ego. Secundum multitudinē eorum ſic pec/
cauerūt michi: gloriam eoꝝ in ignominiã cō
mutabo. Peccata populi mei comedent: et ad
iniquitatem eorum ſubleuabūt animas eorū
Et erit: ſicut populus ſic ſacerdos. Et viſita
bo ſuper eum vias eius: et cogitacōes ei⁹ red
dam ei. Et comedent et non ſaturabunt̄. For
nicati ſūt et nō ceſſauerūt: q̄m dn̄m reliquerūt
in non cuſtodiēdo. Fornicacio et vinū ⁊ ebrie
tas aufert cor. Popul⁹ me⁹ in ligno ſuo in/
terrogauit: et bacul⁹ eius ãnūciauit ei. Spiri
t⁹ enī fornicacionū decepit eos: ⁊ fornicati ſūt
a deo ſuo. Super capita moncū ſacrificabãt:
et ſuper colles accendebant thimiama ſubtus
quercum et populum et therebintum: quia bo
na erat vmbra eius. Ideo fornicabuntur filie
veſtre: et ſponſe veſtre adultere erūt. Non vi
ſitabo ſuper filias veſtras . cum fuerint forni/
cate et ſuper ſpōſas vías cum adulterauerint:
quoniã ipſi cū meretricibꝰ verſabant̄: et cum
effeminat̄ ſacrificabant. Et popul⁹ non intel
ligens vapulabit. Si fornicaris tu iſrl̄: nō de/
linquat ſaltē iuda. Et nolite ingredi in gal=
gala: ⁊ ne aſcēderit̄ in bethauē: neq̨ iuraue
rit̄ viuit dn̄s. Q̄m ſicut vacca laſciuiens de=
clinauit iſrahel. Nūc paſcet eos dn̄s: q̄ſi ag/
num in latitudine. Particeps ydoloꝝ effra
im: dimitte eum. Separatū eſt cōuiuiū eoꝝ:
fornicacōne fornicati ſūt: dilexerūt afferre igno
miniam ꝓtectores ei⁹. Ligauit eum ſp̄us in
alis ſuis. et cōfundent̄ a ſacrificijs ſuis.

Capitulum v.

Audite hoc ſacerdotes et attendite
domus iſrahel: ⁊ dom⁹ regis auſcul
tate: quia vobis iudiciū eſt. Quo
niam laque⁹ facti eſtis ſpeculacō
ni: et ſicut rethe expanſū ſuper thabor ⁊ vic
timas declinaſtis in profundum. Et ego eru
ditor omniū eoꝝ. Ego ſcio effraim: ⁊ iſrahel
non eſt abſconditus a me. Quia nunc fornica
tus eſt effraim: contāminatus eſt iſrahel. Non
dabunt cogitacōes ſuas vt conuertãtur ad de
um ſuum: quia ſpiritus fornacionum in medio
eorum: et dominum non cognouerunt. Et re
ſpondebit arrogãcia iſrahel in facie eius: et iſra/
hel et effraim ruent iniquitate ſua. Ruet etiã
iudas cum eis. In gregibꝰ ſuis et in armentis
ſuis vadēt ad q̄rendū dn̄m: et non inuenient.
Ablat⁹ eſt ab eis. In domino ꝑuaricati ſūt:
quia filios alienos genuerunt. Nūc deuorabit
eos menſis cum patribꝰ ſuis. Clangite bucci=
na in gabaa: tuba in rama. Vlulate in betha/
uen: poſt tergum tuum beniamin. Effraim in
deſolacione erit In die correpcōis in tribubꝰ
iſrl̄ oſtendi fidē. Facti ſūt p̄ncipes iuda quaſi
aſſumentes terminū: ſuper eos effundam q̄ſi
aquam irã meã. Calūmiam paciens eſt ephra
im fractus iudicio: q̄m cepit abire poſt ſordem
Et ego quaſi tinea ephraim et quaſi putredo
domui iuda. Et vidit ephraim lãguorē ſuū:
et iudas vinculū ſuum. Et abijt ephraim ad
aſſur: et miſit ad regem vltorē. ⁊ ipſe non pote
rit ſanare vos: nec ſoluere poterit a vobis vin
culū. Q̄m ego quaſi leena ephraim: et quaſi
catulus leonis domui iuda. Ego ego capiã et
vadam: tollam et non eſt qui eruat. Vadens
reuertar ad locum meum: donec deficiatis. et
queratis faciem meam.

Capitulum vi.

In tribulacōne ſua mane conſur=
gent ad me. Venite et reuertamur
ad dominum: quia ipſe cepit et ſa
nabit nos: ꝑcuciet et curabit nos
Viuificabit nos poſt duos dies: in die tercia
ſuſcitabit nos: vt viuem⁹ in conſpectu ei⁹: ſci
emus ſequemurq̨: vt cognoſcam⁹ dominum
Quaſi diluculum ꝑpara⁹ eſt egreſſus eius: ⁊
veniet quaſi ymber nobis tēporane⁹ et ſeroti/
nus terre. Quid faciam tibi ephraim. quid fa/
ciam tibi iuda ẹ Miſericordia veſtra q̄ſi nubes
matutina: et quaſi ros mane ꝑtranſiēs. Prop
ter hoc dolaui in ꝓphetis: et occidi eos in verb
oris mei: et iudicia tua quaſi lux egredientur
Quia miſericordiã volui et nō ſacrificiū: ⁊ ſciēciã
dei pluſq̄ holocauſtū. Ipſi autē ſicut adã trãſ
greſſi ſunt pactū: ibi preuaricati ſūt in me. Ga
laad ciuitas operancium ydolū ſupplantata ſang
uine: et quaſi fauces virorum latronū. Parti
ceps ſacerdotū in via interficienciū: pergentes
de ſichem quia ſcel⁹ operati ſūt. In domo iſrl̄
vidi horrēdū. ibi fornicacōes ephraim: cōtami
nat⁹ ē iſrl̄. Sed et iuda pone meſſem tibi: cū
conuertero captiuitatē populi mei.

Capitulum vii.

Cum ſanare vellē iſrahel reuelata eſt iniquitas ephraim et malicia ſamarie: quia operati ſunt mendaciū. Et fur ingreſſus eſt ſpolians: latrunculus foris. Et ne forte dicant in cordibꝰ ſuis: omnē maliciam eoꝝ me recordatū. Nūc circūdederūt eos adinuencōnes ſue: corā facie mea facte ſunt. In malicia ſua letificauerūt regem: et in mendacijs ſuis principes. Omnes adulterantes: quaſi clibanꝰ ſuccenſus a coquē. Quieuit paululū ciuitas a commixtione fermenti: donec fermentaretᷣ totum. Dies regis noſtri: ceperūt principes furore a vino. Extēdit manum ſuam cum illuſoribꝰ: quia applicuerūt quaſi clibanū cor ſuū inſidiaretᷣ eis. Tota nocte dormiuit coquēs eos: mane ipſe ſuccēſus quaſi ignis flamme. Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus: et deuorauerūt iudices ſuos. Omīs reges eorum ceciderunt nō eſt qui clamet in eis ad me. Ephraim in populis ipſe cōmiſcebatᷣ. Ephraim factꝰ ē ſubcinericiꝰ panis: qui nō reuerſatur. Comederūt alieni robur eiꝰ: et ipſe neſciuit. Sed et cani effuſi ſūt in eo: et ipſe ignorauit. Et humiliabitᷣ ſuperbia iſrl' in facie eius. Nec reuerſi ſunt ad dn̄m deum ſuum: et non queſierunt eum in omībꝰ hijs. Et factꝰ eſt ephraim quaſi columba ſeducta: non hn̄s cor. Egiptum inuocabant: ad aſſirios abierūt. Et cum profecti fuerint expandā ſuper eos rethe meum: et quaſi volucrem celi detrahā eos. Cedam eos ſecundum audicionē cetus eoꝝ. Ve eis: quoniam receſſerunt a me. Vaſtabuntur quia preuaricati ſunt in me. Ego redemi eos et ipſi locuti ſūt contra me mēdacia. Et nō clamauerūt ad me in corde ſuo: ſꝫ vlulabāt i cubilibꝰ ſuis. Sup triticū et vinū ruminabāt: et receſſerūt a me. Et ego erudiui eos: et confortaui brachia eoꝝ: et in me cogitauerūt maliciā. Reuerſi ſunt vt eſſent abſqꝫ iugo: facti ſūt quaſi arcus doloſus. Cadēt i gladio principes eoꝝ: a furore lingue ſue. Iſta ſubſannacō eoꝝ i t̄ra egipti.

Capitulum viii.

In guttere tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domū dn̄i: pro eo q̄ trāſgreſſi ſūt fedus meum: et legem meam preuaricati ſunt. Me inuocabunt deus meus: cognouimꝰ te iſrahel. Proiecit iſrahel bonum. inimicus perſequetᷣ eū. Ipſi regnauerunt et non ex me: principes extiterūt et non cognoui. Aurū ſuū et argētū ſuū fecerūt ſibi ydola: vt interirēt. Proiectus eſt vitulꝰ tuus ſamaria. Iratus eſt furor meus in eis. Vſquequo non poterūt emūdari? Quia ex iſrl' et ipſe eſt. Artifex fecit illū: et nō eſt deꝰ. Quoniā in aranearū telas erit vitulus ſamarie: quia ventum ſeminabāt: et turbinē metēt. Culmus ſtans non eſt in eo germē: nō faciet farinā. Qđ et ſi fecerit: alieni comedēt eā. Deuoratus eſt iſrl'. Nunc factꝰ eſt i nacōibꝰ quaſi vas immūdū: q2 ipſi aſcēderūt ad aſſur. Onager ſolitariꝰ ſibi ephraim. Munera dederunt amatoribꝰ ſuis. ſꝫ et cū mercede conducerēt nacōnes. Nūc congregabo eos: et quieſcēt paulisper ab onere regis et principum. Quia multiplicauit ephraiꝫ altaria ad peccādū ei: facte ſūt are i delictū. Scribā ei multiplices leges meas: que velut aliene computate ſunt. Hoſtias offerēt: immolabunt carnes et comedēt: et dn̄s nō ſuſcipiet eas. Nunc recordabitᷣ iniquitatꝭ eoꝝ: et viſitabit peccata eoꝝ. Ipſi in egiptum conuertentᷣ. Et oblitꝰ eſt iſrl' factoris ſui: et edificauit delubra: et iudas multiplicauit vrbes munitas. Et mittam ignem in ciuitates eius: et deuorabit edes illius.

Capitulum ix.

Noli letari iſrl': noli exaltare ſicut populi: q2 fornicatꝰ es a deo tuo. Dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici. Area et torcular non paſcet eos: et vinū mencietᷣ eis. Non habitabunt in terra domini. Reuerſus eſt ephraiꝫ in egiptum: et in aſſirijs pollutum comedit. Nō libabunt domino vinum: et non placebunt ei. Sacrificia eorum quaſi panis lugenciū. Omnes qui comedunt eum cōtaminabuntᷣ: quia panis eorum anime ipſoꝝ: non intrabit i domum domini. Quid facietꝭ in die ſolēni: i die feſtiuitatꝭ domini? Ecce eīm profecti ſunt a vaſtitate. Egiptus congregabit eos: memphis ſepeliet eos. Deſiderabile argentū eorum vrtica hereditabit: lappa in tabernaculis eorum. Venerūt dies viſitacōis: venerūt dies retribucōis. Scitote iſrl' ſtultum prophetam: inſanum viruꝫ ſpiritualem. Propter multitudinē iniquitatꝭ tue: et multitudo amencie. Speculator ephraiꝫ cum deo meo: propheta laqueus ruine factus

eſt ſuper omnes vias ei⁹. Inſania in domo dei
ei⁹ Profunde peccauerũt: ſicut in dieb⁹ gabaa
Recordabit̃ iniquitatẽ eoꝝ: et viſitabit pec/
cata eoꝝ. Quaſi vuaꝫ in deſerto inueni iſrl':
q̃ſi pͥma poma ficulnee ĩ cacumĩe eius vidi pa
tres eoꝝ. Ipſi autem intrauerũt ad beelphe
gor: et abalienati ſunt in ↄfuſionẽ et facti ſunt
abominabiles ſicut ea que dilexerũt. Ephraiꝫ
quaſi auis euolauit. Gloria eoꝝ a partu: et
ab vtero et a cõceptu. Q̃ð et ſi enutrierint fi/
lios ſuos abſq; liberis eos faciã in hoibꝰ Sed
et ve eis: cũ receſſero ab eis. Ephraim vt vi/
dit: tyr⁹ erat fũdata ĩ pulcritudine. Et ephra
im educet ad interfectoreꝫ filios ſuos. Da eis
dñe. Quid dabis eis? Da eis vuluam ſine li/
beris: et vbera arẽtia. Omnes nequicie eoꝝ in
galgal: quia ibi exoſos habui eos Propt̃ ma
liciam adinuẽcionũ eoꝝ: de domo mea eiciã
eos. Nõ addam vt diligam eos. Oĩs pñci/
pes eoꝝ recedẽtes. Percuſſus eſt ephraim:
radix eoꝝ exſiccata eſt. Fructũ nequaq̃ facient
Q̃ð et ſi genuerint: interficiam amantiſſima vteri
eorum. Abiciet eos dominus deus meus quia
nõ audierũt eũ: et erũt vagi in nacõibꝰ

Capitulum x.

Itis frondoſa iſrl': fruct⁹ adequa/
tus eſt ei. Secundũ multitudinem
fructus ſui multiplicauit altaria:
iuxta vbertatem terre ſue exubera
uit ſimulacris Diuiſum eſt cor eoꝝ: nũc inte
ribũt Ipſe cõfringet ſimulacra eoꝝ: depopu
labitur aras eoꝝ. Quia nunc dicent: non eſt
rex nobis. Non eñ timem⁹ deum. Et rex q̃d
faciet nobis? Loquimini verba viſionis inuti/
lis: et ferietis fedus: et germinabit q̃ſi amari/
tudo iudicium ſuper ſulcos agri. Vaccas betha
uen coluerũt habitatores ſamarie Quia luxit
ſup eum popul⁹ eius: et editui eius ſup eũ ex
ultauerũt in gloria eius. quia migrauit ab eo.
Si q̃dẽ et ipſe in aſſur delat⁹ eſt mun⁹ regi vl
tori. Cõfuſio ephraim capiet: et cõfundet̃ iſrl'
in volũtate ſua. Tranſire fecit ſamaria regeꝫ
ſuum: q̃ſi ſpumã ſup faciem aque. Et diſper/
dent̃ excelſa ydoli: peccatũ iſrahel. Lappa et tri
bul⁹ aſcẽdet ſup aras eoꝝ. Et dicẽt montibꝰ
operite nos: et collibꝰ cadite ſup nos. Ex diebꝰ
gabaa peccauit iſrahel. Ibi ſteterũt. Nõ cõpre
hẽdet eos ĩ gabaa: pͥlium ſup filios iniquitatẽ

Iuxta deſideriũ meũ corripiã eos. Congrega
buntur ſuper eos populi: cũ corripient̃ ꝓpter
duas iniq̃tates ſuas. Ephraim vitula docta di
ligere trituraͣ: et ego tranſiui ſup pulcritudineꝫ
colli ei⁹. Aſcẽdaꝫ ſup ephraim Arabit iudas: cõ
fringet ſibi ſulcos iacob. Seminate vobis ĩ iu/
ſticia: et metite in ore miſericordie: innouate vo
bis nouale. Tẽp⁹ aũt requirẽdi dñm: cũ vene
rit qui docebit vos iuſticiam. Araſtis impieta
tem: iniquitatem meſſuiſtis: comediſtis fru/
gẽ mẽdacij. Quia ↄfiſus es ĩ vijs tuis: ⁊ ĩ mul
titudine fortium tuorũ: Cõſurget tumult⁹ in
populo tuo: et omnes municiões tue vaſtabũ
tur ſicut vaſtat⁹ ẽ ſalmana. a domo eius qui
iudicauit baal: ĩ die p̃lij matre ſuper filios alli
ſa. Sic fecit vobis bethel: a facie malicie nequicia/
rum veſtrarum.

Capitulum. xi.

Sicut mane tranſit. pertranſit rex iſ
rahel: quia puer iſrahel ⁊ dilexit e
um: et ex egipto vocaui filium me
um. Vocauerunt eos: ſic abierũt
a facie eorum Baalim immolabant: ⁊ ſimula
cris ſacrificabant. Et ego quaſi nutrit⁹ ephra
im. Portabam eos in brachijs meis: et neſcie
runt q̃ curarem eos. In funiculis adam tra/
ham eos: in vinculis caritatis. Et ero eis qua
ſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum: et de
clinaui ad eum vt veſceretur Non reuertetur
in terram egipti: et aſſur ipſe rex eius: quoni/
am noluerunt conuerti. Cepit gladius eius: ĩ
ciuitatibus eius: et conſumet electos ei⁹: ⁊ cõ
medet capita eorũ. Et populus meus pẽdebit
ad reditũ meum Iugum autẽ imponet̃ eis ſi/
mul: q̃ð nõ auferetur. Quomõ dabo te ephraim
protegam te iſrl'? Quomodo dabo te? Sicut a
dama ponam te: vt ſeboim Conuerſum eſt in
me cor meum pariter: conturbata eſt penitudo
mea. Non faciam furorem ire mee. Non cõuer
tar vt diſperdam ephraim: quoniã de⁹ ego et
non homo. In medio tui ſanctus: et nõ ingre
diar ciuitatem Poſt dominũ ãbulabũt Quaſi
leo rugiet: quia ipſe rugiet et formidabunt filij
maris Et auolabũt quaſi auis ex egipto: ⁊ q̃
ſi columba de terra aſſiriorum et collocabo eos
in domibꝰ ſuis dicit dominus. Circũdedit me
ephraim in negociacõne: et in dolo dom⁹ iſrl'
Iudas aũt teſtis deſcẽdit cũ deo: et cũ ſanctiſ

Oſee

fidelibus

Capitulum xii.

Ephraim paſcit ventū: et ſequitur
eſtum. Tota die mendaciū et va/
ſtitatē multiplicat. Et fedus cum
aſſirijs iniit: et oleum in egiptum
ferebat. Judicium ergo domini cum iuda: et
viſitacio ſup iacob. Juxta vias ei9 et iuxta ad
inuenciones eius reddet ei. In vtero ſupplan/
tauit fratrem ſuum: et in fortitudine ſua direc
tus eſt cum angelo. Et inualuit ad angelū:
et confortat9 eſt. Fleuit: et rogauit eum. In
bethel inuenit eū: et ibi locut9 eſt nobiſcū. Et
dñs de9 exercituū: dñs memoriale eius. Et tu
ad dñm deum tuū cōuerteris. Miſericordiam et
iudiciū cuſtodi: et ſpera in deo tuo ſemp. Cha
naan in manu eius ſtatera doloſa: calumniā
dilexit. Et dixit ephraim. Verūtamen diues
effectus ſū: inueni ydolū m̄. Oīs labores mei
non inuenient michi iniquitatē quā peccaui. Et
ego dñs deus tu9 ex terra egipti. Adhuc ſe/
dere te faciā in tabernaculis: ſicut in dieb9 feſti
uitatis. Et locut9 ſum ſup ꝓphetas: et ego vi
ſionem multiplicaui: et in manu ꝓphetarū aſſi
milatus ſum. Si galgal ydolum: tamen fru/
ſtra erāt in galgal bobus imolantes. Nā et al/
taria eorū quaſi aceruī ſup ſulcos agri. Fugit
iacob in regionē ſyrie: et ſeruiuit iſrahel in vx
ore: et in vxore ſeruiuit. In ꝓpheta aūt eduxit
dñs iſrahel de egipto: et in ꝓpheta ſeruatus
eſt. Ad iracundiam me ꝓuocauit ephraim in
amaritudinib9 ſuis: et ſanguis eius ſup eū ve
niet: et opprobrium eius reſtituet ei dñs ſuus.

Capitulum xiii.

Loquente ephraim horror inuaſit
iſrahel: et deliquit in baal et mor
tuus eſt. Et nunc addiderunt ad
peccandū: feceruntqꝫ ſibi cōflatile
de argento ſuo quaſi ſimilitudinē ydolorum.
Factura artificum totum eſt. His ipſi dicunt
Immolate homines: vitulos adorantes. Id
circo erunt quaſi nubes matutina: et ſicut ros
matutin9 ꝑtranſiens. Sicut puluis turbine rap
tus ex area: et ſicut fum9 de fumario. Ego au
tem dñs deus tu9 ex terra egipti: et deū abſqꝫ
me neſcies: et ſaluator non eſt ꝑter me. Ego
cognoui te i deſerto in t̄ra ſolitudinis. Juxta
paſcua ſua adimpleti ſunt: et ſaturati ſunt. Et
eleuauerūt cor ſuū: et obliti ſūt mei. Et ego
ero eis quaſi leena: ſicut pardus in via aſſirio
rum. Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis:
et dirūpam interiora iecoris eorū. Et conſu=
mam eos ibi quaſi leo: beſtia agri ſcindet eos
Perdicio tua iſrl: tantummodo in me auxilium
tuum. Vbi eſt rex tuus? Maxime nūc ſaluet
te in omnib9 vrbib9 tuis. Et iudices tui de q̄/
bus dixiſti: da michi regem et principes. Da=
bo tibi regem in furore meo: et auferā i indig/
nacione mea. Colligata eſt iniq̄tas ephraim:
abſcōditū peccatū eius. Dolores parturientis
venient ei. Ipſe filius non ſapiens. Nunc enī
nō ſtabit in contricione filiorū. De manu mor
tis liberabo eos: de morte redimam eos. Ero
mors tua o mors: morſus tuus ero inferne.
Conſolacio abſcondita eſt ab oculis meis:
quia ipſe inter fratres diuidet. Adducet vren
tem ventum dñs de deſerto aſcendentē: et ſic
cabit venas eius: et deſolabit fontē eius: et ip
ſe diripiet theſaurū omnis vaſis deſiderabilis

Capitulum xiiii.

Pereat ſamaria: quoniā ad ama=
ritudinem concitauit deum ſuum
In gladio pereant. Paruuli eo/
rum elidantur: et fete eius ſcindan
tur. Conuertere iſrahel ad dominū deum tuū:
quoniam corruiſti in iquitate tua. Tollite vo/
biſcum verba: et conuertimini ad dominum: et
dicite ei. Omnem aufer iniquitatē et accipe bo
num: et reddemus vitulos labiorū noſtrorū.
Aſſur non ſaluabit nos. Super equum non
aſcendem9: nec dicem9 vltra dii noſtri opera
manuum noſtrarū: quia eius qui in te eſt mi=
ſereberis populi. Sanabo cōtriciōes eorū: dili
gam eos ſpōtanee: quia auerſus eſt furor me
us ab eis. Ero quaſi ros. Iſrl germinabit ſi
cut liliū: et erūpet radix eius vt libani. Ibūt
rami eius: et erit q̄ſi oliua gloria eius: et odor
eius vt libani. Cōuertentur ſedentes in vmbra
eius: viuent tritico. et germinabunt quaſi vi/
nea: memoriale eius ſicut vinū libani. Ephra
im quid michi vltra ydolum? Ego exaudiam
et dirigam eum: ego vt abietem virentem: ex
me fructus tuus inuent9 eſt. Quis ſapiēs et
intelliget iſta: intelligens et ſciet hec? Quia rec
te vie domini et iuſti ambulabunt in eis: pre=
uaricatores vero corruent in eis.

M